





6

HYMENAEIS REGALIBVS  
SERENISSIMORVM AC SERENISSIMARVM  
PRINCIPVM  
DRESDAE AC MONACHII

A C N. CICIOCCXXXXVII

C E L E B R A T I S

ACADEMIA LIPSIENSIS



HYMEΛVHIS REGELIBAS

SERENISSIMORVM AG SERENISSIMARVM

P R I N C I P A M

DRESDAE VC MONACII

AGN 161330XXXXXX

C E M B R A T U S

ACADEMII LIPSENSIS



 ar nouum, et Par huic geminum decor,  
 Regibus magnis honor, et supremi  
 Numinis certe pia cura, nostros quibus  
 Percipe cantus.

Sanguis o regum, cupidis daturus  
 Lege regali noua iura terris,  
 Et nouam stirpem, moderanda chordis  
 Accipe vota.

Auspices caelo superos videtis  
 Candidos nuptis properare soles;  
 Et bona sceptri vice rem, genusque:  
 Saecula genti.

Quanta subiectis populis duobus  
Spes, et immensi potior futuri  
Vultus, et, qualis Zephyri per herbas  
Aura, venitis?

Optimi, si quis fuit, aut futurus,  
Regis in pectus tacitum redundat  
Gaudium. nunc, nunc patrii mouetur  
Nominis vsu.

Maior exemplis amor, et suorum  
In ducem flagrans pietas: nec ipso  
Maius exemplum bonitatis edunt  
Carmina vatum.

Hunc deus, rarum decus, at merentem  
Pectorum fecit sine vi potiri:  
Laude Reginae tuba didit aequam  
Sedula famam.

Mentis absoluunt dubiae timorem,  
Prouidum si quid benefacta curet  
Desuper. Virtus meret hic: nec absunt  
Praemia dignis.

Diuidit iusta sua dona lege  
Cognitor caussae deus, et probauit  
Rege sub tali domus eius, et res,  
Regna polorum.

Ergo felices Hymenaeon almae  
Misnidos Nymphae duplici sonabunt,  
Qua colunt, plectro, vel aquosa cultis  
Albia ripis.

Saxonum late populus, ferensque  
Nomen a magnis per aperta campis,  
Resque Boiorum, memoranda laudant  
Omina cantu.

Tu tamen doctae socialis vrbis  
Portio, sensu melior virisque,  
Lipsiae coetus, bene concinente

Dic Hymenaeos.

Lesbii nunquam tua verba vincati  
Blanda cantoris lyra, nec seueri  
Threcis, et riuis mora, et apta totas

Ducere filias.

Hac decet cultorem Heliconis aequum,  
Hac decet Musae genus, et benignae  
Floridum caelo Veneris ducem nos

Voce ciere.

Nuptiis dexter venias dearum,  
Regios inter generos nurusque  
Pineam sancto quatias amoris

Flamine tedam.

Aureae lucent facis explicitque  
Flammulae lumen: venit irrepressum  
Gaudium. tantos mora nulla quondam  
Soluet amores.

Astra qui caelo numerabit apta,  
Ille diuini pia dona nutus,  
Debitas Vobis, geniale munus,  
Indicet horas.

Dicitur. magnae comites sequuntur  
Gratiae Sponsam prope, et hanc, et illam:  
Serta quin Horae calathis vtrique  
Florea portant.

Has domos semper Charites, Decorque,  
Has diu laetum referens Iuuenta,  
Has Fides concors: habitabit auctas  
Copia prole.

O ducis primum genus, alterum que  
Sidus in magnis populis, et idem  
Artium fautor bone, cognitor que  
Docte mearum,

Vosque diuarum similes, et altis  
Spem nouam stirpis domibus daturae,  
Consciae Clius bene, ne secundos  
Spernite cantus.

Clara sunt regum benefacta et artes:  
Tempori cedunt tamen: prout resistit  
Et per aeternum leuibus mouetur  
Gloria pennis.



Pon Vd 3300, 2°

← BARCODE 1. SEITE VORHER

VDA 8



6

HYMENAEIS REGALIBVS  
SERENISSIMORVM AC SERENISSIMARVM

# PRINCIPIVM

# E A C MONACHII

N. CICICICICICICIC IIA

# C E L E B R A T I S

MIA LIPSIENSIS

